

GOTTLOB AVGVSTVS
IENICHEN

PHIL. ET IVRIVM DOCTOR, CODICIS AC NO-
VELLARVM PROFESSOR PVBLICVS ORD.
ET ACADEMIAE LVDOVIC. RECTOR
VNA CVM VNIVERSO

SENATV
ACADEMICO
LECTIONES PVBLICAS
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE HYBERNVN
IN ACADEMIA LVDOVICIANA

DEO BENE IVVANTE HABENDAS
SOLEMNITER INDICIT

ATQVE AD EASDEM SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS
GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS
OMNIVM FACVLTATVM STVDIOSOS

PERAMANTER INVITAT AC SERIO COHORTATVR.
P. P. D. XIX. SEPT. A. RECUPER. SALVTIS MDCCLX
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I E S S A E,
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOG.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Facult. Theol. Senior & h. t. Decanus.

Absoluta, quam publicis lectionibus, semestri præterlapso, alternis vicibus tradidit, *Introductione in harmoniam historię resurrectionis Christi*, in eo totus erit, ut & *historia Ecclesię novissima* hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri hiberno ad finem perducatur. *Privatim*, quę in compendio *Baieriano*, circa status potissimum hierarchicos, explicanda supersunt, hora VIII. paucis absoluet hebdomadibus, totamque dehinc Theologiam dogmaticam perpetuo examine repetet, ut ipsimet sanctioris disciplinę cultores, quantum profecerint, intelligant. Nonnullorum quoque commilitonum rogatu *Scholas aperiet Polemicas*, in *Sylogem controversiarum Fechtianam*, illisque exercitium *Disputatorium* adjunget.

D. 10.

130

(3)

D. IO. HERM. BENNER, P. O.

Quae restant in exegeſi epistolae ad Romanos, publicis scholis absoluet. Priuatim de officiis & virtutibus cultorum Christi, quae reliqua sunt, expediet. Systema doctrinae sanctioris, nuper finitum, ab integro tractandum suscipiet. Exercitationibus aliis, maxime publicis, & materiam, & operam suam addicit.

In Facultate Juridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director, Jur. P. P. O. & Prim. nec non rerum Oeconomicarum in Alma Ludouiciana Inspector perpetuus.

Lectionibus publicis & priuatis priuilegio Principis liber non deerit tamen Nobilissimorum Dn. Dn. Commilitonum studia vel lectionibus priuatissimis, vel etiam selectiores iuris materias pro cathedra publica ventilando, promouere & exornare. Vestrum vero est, o Commilitones! industriam nostram sedulo prouocare.

D. FRANCISCVS IVSTVS

KORTHOLT,

Ordinis Iuridici h. a. Decanus & Acad. Syndicus.

Loco praelectionum publicarum collegium examinatorio-disputatorium ad institutiones iuris Iustinianaeas offert.

Pri-

GERARDVS ANDREAS
MYLLER, D.

Anatom. Chirurg. & Botanices P. P. O.

Itinere literario feliciter superato in IVNCKERI *Tabu- las chirurgicas* publice, priuatim autem in HEISTERI *Compendium anatomiae* lectiones suas auspicabitur, neque officio suo etiam in aliis medicinae partibus explicandis deerit.

In Facultate Philosophica.

IOH. LYDOVIC. ALEFFELD,

Philos. nat. Prof. ord. & Stipend. Ephorus.

Absoluta propemodum in scholis publicis parte *Physi- ces* generali, ad specialem nunc accedet, eandem, DEO clementer annuente, per instans semestre hibernum ad finem perducturus. Quae in *experimentalibus* inter aestiuos huius anni labores pollicitus est, ea nunc demum de auditorum voluntate certior redditus exequetur, & *Disputationes* priuatas sedulo continuabit.

ERNE-

ERNESTVS THOM,

Prof. Moral. atque iuris nat. & gent.

I. B. de WOLF *Institutiones iuris naturae & gentium* explicare perget, easdemque denuo interpretari instituet. BAVMEISTERI etiam *Institutiones philosophiae moralis* exponet, & quae praeterea ab ipso requiri possunt, tradet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.

H. IV. vesp. logicam, H. V. metaphysicam & tempore auditoribus commodo mathesin siue puram siue applicatam priuatim, priuatissime vero algebram docebit, nec iis etiam deerit, qui vtriusque architecturae principia nosse cupiunt.

HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

Vtr. eloq. P. O.

Eloquentiae praecepta publice tradet, iisque Virgilium adiunget. Priuatim artis dicendi regulas, variis exercitationum generibus illustrandas, singulis, procorum ingeniis, aptiores reddet, nec in vlla re, qua illis prodesse poterit, operae suae parcat.

D. CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Histor. Prof. ord. & Bibl. Acad. Praefect.


Historiam Regni Imperiique Germanici recentioris aevi praeunte Cel. SCHMAVSSIO illustrabit, simulque

que in *leges Imperii potiores*, inprimis vero in *Pacem Westphalicam*; commentabitur.

PHILIPPVS NICOL. WOLF;

Prof. LL. OO. ordinis publici
Publicè exordium exponet: *privatis laboribus* linguas *Ebraicam*; *Chaldaicam* & *Syriacam* adductum DANZII, atque doctrinam accentuatoriam destinabit ducem sequuturus WEIMARVM.

Præter ista, *Generosissimis* quoque *Nobilissimisque* Ciuibus de *luculenta equitandi*; *pugnandi gladio*; *saltandique palaestra*; *Gallicae* item & *Italicae* linguæ scholis, per magistros earum peritissimos, publicè constitutos, abundè prospectum est.



Fragmentary text visible through the paper, including the words "HOO" and "D. CHRI" on the left and right sides respectively, and other illegible characters and words.